UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Erasmi a Chokier Tractatus iurisdictionis ordininariae in exemptos, illorumque exemptione ab ordinaria iurisdictione

in duos tomos distinct.

I. Scholia in Constitutionem Concilii Lateranensis. II. Conservatorias Ecclesiasticas quaest. 130. III. Conservatorum Laicorum materiam, Tribunali viginti duûm virum Leod. adoptatam comprehendens

Chokier, Érasme de

Coloniae Agr., 1684

Quæstio 30. Vtrum vigintiduumviri possint sententias suas executioni demandare per arresta & bonorum adjudicationes.

urn:nbn:de:hbz:466:1-61908

Visual Library

*ſig. l.judices C.de dignit.lib.*12. id quod plenius apud Paridem de Puteo oſtendi-
tur *de ſindicatu verbo judices fol.*346. quod reſtringo, niſi quiſpiam ex lata culpa 2
forſan poſſet condemnari, quia ex lata culpa pœna famoſa inferri non poteſt, *l.*
actionibus ff. de litem jurando Bald. l. 1. *verſ.quæro qui d ſi C. de pœna judicis qui male*
judicavit, Alciatus d.l. magna negligentia, qui enim in lata culpa eſt, malæ fidei
non eſt, *l. ſed et ſi §. inde ff. de petit. hered. Alciatus d.l.magna negligentia*, quod 3
tamen Petrus Loriotus *in l.quod nerva num.* 24. *ff.depoſiti*, indiſtinctè non admit-
tit. Nam poteſt actio ex lata culpa ſecundùm negotii in quo commiſſa eſt qualita-
tem cenſeri, vel non cenſeri famoſa, *l. ictus fuſtium ff. de his qui not.infamia Petr. Lo-*
riot.d.loco.

QUÆSTIO XXXIX.

Vtrum vigintiduumviris competat executio ſuarum ſententiarum.

SUMMARIUM.

1. *Executio non competit viginti-duumviris.*
2. *Principi Leodienſi competit executio.*
3. *Legis actio non eſt penes vigintiduumviros.*

NEutiquam. Quia judices quibus cognitio demandata eſt, executio non 1
competit, *cap.ſane ubi DD.& Apoſt.ad Felinum verb.executio de offic. de-* 2
*leg. Gaill. lib.1.obſ.*1.*numer.*52.*& ſcripſi tom.*1.*par.*4.*quæſt*.111.*num.* 26. Sed
Epiſcopo & principi noſtro Leodienſi executio competit, uti ex hujus pacis tex-
tu liquidum eſt, & conſequenter vigintiduumviris non competere, prout jurſcon- 3
ſulti noſtri loquuntur, *l.*4. *ff. de adoptionib.* legis actionem dicendum eſt, uti
eleganter oſtendit Alciatus, *l. pecunia §. actiones verſ.ſupereſt porro ff. de verb.*
ſignif.

QUÆSTIO XXX.

Vtrum vigintiduumviri poſſint ſententias ſuas executioni demandare per arreſta & bonorum adjudicationes.

SVM-

SUMMARIUM.

1. *Arreſta ſunt ſpecies executionis.*
2. *Genus à quo removetur, qualibet ejus ſpecies removetur.*

NEque etiam hoc poſſunt, quia arreſtatio eſt ſpecies executionis; à quo autem genus removetur, etiam removetur quævis ejus ſpecies, *Præſes Everardi in locis legalib. loco à genere ad ſpeciem l. ſi cauſa cognita ubi gloſſ. & DD. C. de tranſact. l. fin. C. de uſuris rei judic. §. vulgo inſtit. de ſucceſſ.cognat.*

QUÆSTIO XXXI.

An poſſint ſe aliqua præſcriptione etiam immemoriali tueri.

SUMMARIUM.

5. *Tempus immemoriale æquipollet privilegio.*
2. *Iuriſdictio vigintiduum virum videtur patientia Statuum patriæ approbata.*
3. *Juramentum impedit præſcriptionem.*
4. *Præſcriptio ceſſat cùm de titulo conſtat.*

1 VIdetur quod ſic; vulgata enim eſt juris theoria, immemoriale tempus æquipollere privilegio, *l. hoc jure §. duobus à quo ff. de aqua pluvia.*

2 Habentque vim tituli approbati authoritate & patientia Statuum, à quibus hoc tribunal eſt ſtabilitum, *Fel. cap. cum nobis numer. 7. verſ. ſed adverte de præſcript.*

Veruntamen contrarium eſſe reſpondendum exiſtimo.

Ratio, quia vigintiduumviri qui annales ſunt, annuo juramento devinciuntur paci pactionique vigintiduumvirali ipſo Divæ Luciæ, feſto ſeu illius poſtridie, quo magiſtratum hunc auſpicantur.

Juramenti autem hæc eſt energia, ut quaſi Alexiacum remedium omnia mala
3 iſta, & illud præſcriptionem omnem tollat atque impediat. *DD. cap. fin. de præſcript. præſes Everardi in locis legalibus loco à virtute juramenti verſic. decimus ſeptimus. Marcus Antonius Baverius de virtute juramenti nu. 42. verſ. vigeſimo nono & nu. 68. & 69.*

Dein-